



UNIVERSITÉ
DE PARIS
COLLÈGES



BIBLIOTHÈQUE
DE
L'UNIVERSITÉ





Table

des ouvrages
contenus dans ce volume.

1156754051

- 1 Bayeux (Collège de) Statuta collegii Baiocensis Statuta.
- 2 idem. Arrêt du parlement 1713 15^{me} homologuant une conclusion de l'université du 27^{me} 1713 relative à ce collège.
- 3 idem. Sicut un autre arrêt sur les Boursiers.
- 4 Factum relatif à la plainte maintenue en la principauté de Boncourt.
- 5 Orléans (Collège du) Statuta collegii Orléans-Borbonici edita die 7 Januarii, et de senatu confirmata 17 Junii. an. 1661.
- 6 idem. Regulæ collegii Borbonici-Orléani excerptæ à Statutis &c.
- 7 Grassins (Coll. des) Arrêt du parlement, 1710 4 mai, qui homologue l'avis des S^{rs} Pirot et Pourchot, sur l'administration des biens de ce collège.
- 8 Extractum e commentariis universitatis (relatif aux logements qui peuvent être concédés dans les collèges).
9. Eas. humbles et très-respectueuses représentations de l'Université de Paris au Roi, au sujet des lettres patentes du 20 Août 1767.
10. Universitas Studii Parisiensis Socii et amici universitatibus Studiorum.
11. Factum pour M^{re} Claude de Cordoy esleu principal de la maison de Montargis, contre les S^{rs} chartreux, opposans à cette election.
12. Ste Barbe (coll. de) Fondation 1556 19 novembre.
- 13 idem. Mémoire pour les curé et Marguilliers de St Hilaire à Paris ayant droit de présenter à 2 bourses du collège Ste Barbe deux enfans de leur paroisse.
14. idem Factum signifié pour les principal, procureur, Chapelain boursiers de ce collège contre les S^{rs} recteur Doyens &c. de l'université de Paris.
- 15 Tours (collège de) Statuta Venerabilis collegii Turonensis parisiis fundati.

E. S. V. P.

16.


à Messieurs du Parlement (L'Université contre M^e Lenormant, Syndic du Clergé
du diocèse de Paris)

17.

Requête pour les Recteur, doyens, & de l'Université contre J. Magny, commis au greff
des gens de main-morte, et de M^e J. Lenormant, Syndic &c.










EXTRAIT DES REGISTRES
de Parlement.



EU par la Cour la Requête à Elle présentée par Edme Pourchot Syndic de l'Université de Paris, contenant que les trente-un Juillet & quatre Août mil sept cent treize ; les Sieurs Recteur & Députés de l'Université de Paris ont fait la Visite dans le College de Bayeux fondé en ladite Université ; & après avoir entendu le Principal & les Boursiers dudit College, il a été rendu une Sentence ou Conclusion au Tribunal de ladite Université le deux Septembre dernier, qui contient plusieurs Reglemens qui doivent estre exécutez ; & comme il est porté que ledit Suppliant en demandera l'homologation : A CES CAUSES, il plut à ladite Cour homologuer ladite Conclusion du deux Septembre dernier, & en consequence ordonner qu'elle sera exécutée selon sa forme & teneur, par le Principal & Boursiers dudit College : VEU aussi ladite Conclusion du deux Septembre dernier, dont la teneur est cy-après transcrite.

Extractum è Commentariis Universitatis.

ANNO Domini millesimo septingentesimo decimo tertio, die secundo Septembris habita sunt Comitium Deputatorum Universitatis in Collegio Harcuriano, ubi cum amplissimo Rectore Magistro Guillelmo Dagoumer, interfuerunt Magistri Herlau pro Theologia Decano, Hyeronimus Lecuyer Jurium Decanus ; Franciscus Afforty pro Decano Medicinæ, Josephus Poncet Gallicanæ, Claudius Caille Picardicæ, Ambrosius Playne Normanicæ, Thomas Roussel Germanicæ Procuratores, Edmundus Pourchot Syndicus, Petrus Viel Scriba, & Petrus Billet Quæstor Universitatis : Cum Collegium Bajocense die trigesimo primo Julii lustratum fuisset, ac die quarto Augusti eadem continuata Lustratio, factumque Instrumen-



tum in quo Interrogationes amplissimi Rectoris, & Respon-
siones, tam Primarii quàm Bursariorum qui aderant, de præ-
senti statu Collegii, exceptæ fuerant, atque à dictis Primario
& Bursariis subscriptæ, Rector amplissimus hoc die de præ-
dicta Lustratione retulit, deliberandumque proposuit, quibus
rationibus Academica Disciplina posset in dicto Collegio res-
titui, corrigique multi abusus qui in illud irreperunt, auditus
est Magister Edmundus Pourchot Syndicus Universitatis, qui
dixit suprâ dictum Lustrationis Instrumentum secum fuisse
communicatum; videri sibi Bursarios Collegii Bajocensis,
quod aliorum etiam Collegiorum Bursariis frequenter accidit,
veteribus abuti statutis anno millesimo trecentesimo decimo
quinto conditis, quibus quinque anni pro ratione studiorum
illius tempotis, cuique conceduntur Bursario, ut Gradum
Licentiatûs in Artibus adipiscatur. Hinc enim fieri, ut, contra-
cto jam, non tantum in Artium Facultate, sed etiam in supe-
rioribus Facultatibus studiorum tempore, multi Bursarii per
annos plurimos contra Fundatorum mentem desidiosè mo-
rentur in Collegiis, nec se ad Gradus Academicos assequen-
dos comparent. Imò ut qui jam Stadium Philosophicum de-
currerunt, cum ad Bursas admittuntur, integrum Quinquen-
nium in Collegio degant priusquàm ad subeundum Examen pro
assequenda Magisterii Laurea se sistant, eumque pravam mo-
rem in cæteris pariter Facultatibus usurpari solitum esse. Cui
malo cum remedium jam Suprema Curia attulerit, Senatus-
consulto dato die decimo-nono Januarii anni millesimi septin-
gentesimi sexti, quo quidem Senatusconsulto cantum est ut
Bursarii Artistæ Collegii Choletæi, statim post absolutum bien-
nem Philosophiæ Cursum, habitâ præsentis usûs Academici
ratione, Gradum Magisterii Artium assequantur, priusquàm
inter Bursarios Theologos recenseantur: utque iidem Bursar-
rii Theologi, postquam lectiones publicorum Sacræ Theologiæ
Professorum per tres annos exceperint, teneantur anno quarto
subire Baccalaureatûs examina, & de Thesi, quam Tentati-
vam nominant, respondere; quæ ni fecerint, Bursâ excidant.
Denique ut Baccalaurei Theologi proximum Licentiæ Curri-
culum ingrediantur, & absoluto Licentiæ Curriculo, intra spa-
tium annum Lauream Doctoralem obtineant, alioqui Bursâ

priventur. Quod si qui tempus aliquod in studio Univerſitatis Pariſienſis, vel Philoſophico, vel Theologico jam poſuerint, iis non liceat quod actum eſt, rursus agere, ſed ſtudiorum curſum proſequi neceſſe ſit, ut intrâ legitimum tempus ad Gradus Academicos, non tantum in præclara Artium, ſed etiam in Sacra Theologiæ Facultate perveniant, quod quidem ad Jurium & Medicinæ Facultates porrigendum eſt: adeo ut qui inter Burſarios Collegiorum, iis Facultatibus dabunt operam, ii Gradus Academicos, intra tempora præſenti Facultatum illarum uſu definita, conſequi debeant. Cumque Reverendi Epifcopi Cenomanenſis & Andegavenſis, ſimulque Archidiaconus de Paſſaio Eccleſiæ Cenomanenſis, & Theſaurarius Eccleſiæ Andegavenſis Proviſores Collegii Bajocenſis in hac Pariſienſi Univerſitate fundati, authenticis Inſtrumentis datis die ſexto Maii & duodecimo Junii anni milleſimi ſeptingentefimi decimi tertii, ſignificaverunt optare ſe vehementer, ut Senatusconſultum illud, quod in Collegii Choletæi commodum latum eſt, Collegio quoque Bajocenſi fiat commune, in eumque finem Libellus ſupplex Supremo Senatui offeratur. Dixit idem Syndicus æquum ſibi videri poſtulare pro ſuo munere, ut Senatusconſultum in commodum Collegii Choletæi latum, cum Bajocenſi Collegio commune declaretur, & conſequenter, ut Magiſter Andræas-Franciſcus le Provost Subdiaconus Cenomanenſis Baccalaureus Theologus, qui primum ſubiit Examen pro Licentia Theologica, & Magiſter Paulus Gilly Presbyter Andegavenſis Magiſter in Artibus, qui ſortitus eſt Examinatores pro Baccalaureatu in Sacra Theologiæ Facultate, cæterique Philoſophiæ & Litteris humanioribus ſtudentes Collegii Bajocenſis Burſarii, ſtudia ſua ſic proſequantur, ut temporibus prædicto Senatusconſulto & ſingularum Facultatum uſu definitis, Academicos Gradus obtineant. Item ut Magiſter Urbanus Amat Presbyter Andegavenſis, qui abſoluto quinquennio in ſtudiis Philoſophicis & Theologicis jam inde ab Induciis autumnalibus anni milleſimi ſeptingentefimi undecimi, necdum Artium Lauream eſt conſecutus, intra Feſtum Sancti Lucæ proximum ad illum Gradum promoveatur, & poſtea intra Trimeſtre ſpatium accedat ad primum Examen Baccalaureatûs in Sacra Theologia, ut ante proximum Paſcha

de Tentativa respondeat, alioquin Bursa privetur. Denique ut Magister Joannes Damianus Chevalier Andegavensis Magister in Artibus absoluto jam triennio in studio Medicinæ Facultatis, ad primum quod in saluberrima eâdem Facultate deinceps aperietur Examen pro Candidatis ad Baccalaureatum in eâdem Facultate aspirantibus se sistere, & inter Baccalaureos locum obtinere teneatur, secus à Bursa removeatur. De cæteris abusibus addidit idem Syndicus, videri sibi statuendum.

Primò, ut Bursarii omnes habitent continenter in Collegio, & si qui per tres menses sine legitima causa abfuerint, Bursæ fructibus priventur, ac nisi post tres illos menses redierint, Bursa vacet.

Secundò, ut Preces quotidie fiant in commune, manè quidem horâ sextâ, serò sesqui-octavâ.

Tertiò, ut Missa diebus Dominicis & Festis celebretur horâ octavâ à Remigialibus ad Pascha, à Paschate ad Remigialia horâ sesqui-septimâ, Vesperæ recitentur horâ tertiâ post meridiem. Item ut primæ Vesperæ, Officium matutinum & Vesperæ secundæ decantentur Festis solemnibus & Patronalibus Collegii à Bursariis in veste decenti & honesta: si Clerici erunt, Clericali, & præsertim sancto Paschatis Festo Bursarii & Domestici debito Christianæ Religionis officio satisfaciant, accedendo de licentia Parochi ad Sacram Eucharistiam in Collegio.

Quartò, ut Bursarii simul frequentent illud Collegium quod sibi à Primario fuerit designatum. Item ut singulis Jovis diebus horâ octavâ, Theologiæ, diebus vero Sabbathi Philosophiæ & Humanarum Litterarum horâ primâ pomeridianâ fiant Repetitiones à Primario, qui cum Professoribus sæpe id agat, ut Bursariorum studia diligenter promoveantur.

Quintò, ut singulis Veneris diebus simul conveniant statim à prandio in Aula communi Primarius & Bursarii, de rebus ad Collegiam pertinentibus deliberaturi. Deliberationes verò in codicem ad id comparatum referantur, atque à Primario, Procuratore & Registratore subscribantur.

Sextò, ut Procurator nullum ineat contractum nec debitum solvat, sine prævia deliberatione in Librum relata & subscripta.

Septimò, ut omnes APOCHÆ quas dabit Procurator, subscribantur à Primário, idque in Contractibus ineundis tam cum domorum inquilinis, quàm cum aliis exprimatur, secùs privato nomine Primarius teneatur.

Octavò, obstruantur posticæ fores, nec ullus in Collegium aditus mulieribus detur.

Nonò, Mensa communis instituatür aut restituatur, quod ut fiat facilius, idem Syndicus agendum esse censuit cum Provisoribus Collegii, ne vacantibus nunc Bursis intra certum tempus provideant, quo fructus illarum ad comparandam suppellectilem culinariam impendantur. In cæteris verò hic non expressis postulavit idem Syndicus Statuta Universitatis & Collegii observari. Re postea missâ in deliberationem, rogatis dictisque sententiis, communi consilio placuit, habitâ ratione postulationis Syndici Universitatis, ut Senatusconsultum die decimo-nono Januarii anni millesimi septingentesimi sexti pro Collegii Choletæi regimine datum, non secùs ac præsens singularum hujus Universitatis Facultatum usus pro obtinendis Gradibus Academicis, in Collegio Bajocensi observetur, & consequenter, ut Bursarii Artistæ statim post absolutum biennem Philosophiæ cursum, secundum præsentem usum Universitatis Gradum Magisterii Artium consequantur priusquàm superioribus Facultatibus dent operam. Item ut Bursarii qui Sacræ Theologiæ studebunt, postquam Lectiones publicorum Theologiæ Professorum per tres annos exceperint, teneantur subire Baccalaureatûs Examina, & de Thesi quam Tentativam nominant, respondere; quod nifecerint, Bursa excidant. Præterea, ut Baccalaurei Theologi proximum Licentiæ curriculum ingrediantur, & absoluto Liéentiæ cursu, intra spatium annum Lauream Doctoralem obtineant, alioqui Bursâ priventur. Quòd si qui tempus aliquod in studio Parisiensis Universitatis vel Philosophico vel Theologico jam posuerint, iis non liceat, quod actum est, rursus agere, sed Studiorum cursum iis prosequi necesse sit, ut intra legitimum tempus, ad Gradus Academicos non tantum in præclara Artium, sed etiam in sacra Theologiæ Facultate perveniant. Idque ad Jurium & Medicinæ Facultates porrigendum; adeò ut qui inter Bursarios Collegii, dictis Facultatibus operam da-

bunt, ii Gradus Academicos intra tempora præfenti Facultatum illarum usu definita confequi debeant, ideoque ut Magifter Andreas-Francifcus le Provost Subdiaconus Cenomaneufis Baccalaureus Theologus qui primum examen subiit pro Licentiâ Theologicâ, & Magifter Paulus Gilly Prefbyter Andegavenfis in Artibus Magifter, qui fortitus eft examinatores pro Baccalaureatu in Sacra Theologiæ Facultate, cæterique Philofophiæ & Humanioribus Litteris ftudentes Collegii Bajocenfis Burfarii ftudia fua fic profequantur, ut temporibus prædicto Senatusconfulto & fingularum Facultatum usu definitis, Academicos Gradus Obtineant. Item ut Magifter Urbanus Amat Prefbyter Andegavenfis, qui absoluto quinquennio in ftudiis Philofophicis jam inde ab Induciis autumnalibus anni millefimi feptingentefimi undecimi necdum Artium Lauream eft confecutus, intra Feflum Sancti Lucæ proximum ad illum Gradum promoveatur, & pofttea intra trimeftre fpatium accedat ad primum Examen Baccalaureatûs in Sacra Theologia, ut ante proximum Pafcha, fi per facram Facultatem ipfi licuerit, de Tentativa refpondeat, alioqui Burfâ privetur. Denique ut Magifter Joannes Damianus Chevalier Andegavenfis, Magifter in Artibus, absoluto jam triennio in ftudio Medicinæ, ad primum quod in faluberrima Facultate deinceps aperietur Examen, pro Candidatis ad Baccalaureatum in eâdem Facultate afpirantibus, fe fiftere, & inter Baccalaureos locum obtinere teneatur, fecus à Burfâ removeatur.

In cæteris quoque Articulis habitâ pariter ratione poftulationis ejufdem Syndici, placuit:

Primò, ut Burfarii omnes habitent continenter in Collegio; fi qui per tres menses fine legitima caufa abfuerint, Burfæ fructibus priventur; ac nifi poft tres illos menses redierint, Burfa vacet; atque ideò, ut Magiftri le Provost, Chevalier & Gilly, in Collegium intrâ mensem redeant, fecus Burfæ illorum vacent; fi contrâ hanc legem peccabitur, Primarius privato nomine tenebitur.

Secundò, Preces quotidie ad pulfum Campanæ fiant in commune, manè quidem horâ sextâ, ferò feſqui-octavâ

Tertiò Miſſa diebus Dominicis ac Feftis celebretur horâ octavâ à Remigialibus ad Pafcha, à Pafchate ad Remigialia

horâ sesqui-septimâ intrâ Missarum solemnia diebus Domini-
cis & Festis solemnioribus Primarius Evangelia vel Epistolas
diei, aut aliam aliquam Sacræ Doctrinæ partem explicabit.
Vesperæ recitentur post meridiem. Item, ut primæ Vesperæ,
Officium matutinum & Vesperæ secundæ decantentur Festis
solemnioribus & Patronalibus Collegii à Bursariis in veste de-
centi & honesta; si Clerici erunt, Clericali, ac præsertim
sancto Paschatis Festo Bursarii & domestici, debito Christia-
næ Religionis officio satisfaciant, accedendo, de licentia Pa-
rochi ad Sacram Eucharistiam in Collegio; ne verò mercena-
rii Cantores accersantur.

Quartò, ut Bursarii simul frequentent illud Collegium quod
sibi à Primario fuerit designatum. Item, ut singulis Jovis die-
bus, horâ octavâ, Theologiæ; diebus verò Sabbathi Philoso-
phiæ & Humanarum Litterarum horâ primâ pomeridianâ re-
petitiones fiant à Primario, qui cum Professoribus sæpe id
aget, ut Bursariorum studia diligenter promoveantur. Bursar-
rii qui sine legitima causa aberunt tam à Repetitionibus quàm
Officiis Divinis & Precibus, mulctabuntur duobus assibus in
singulas vices.

Quintò, ut singulis Veneris diebus simul conveniant statim
à prandio in Aula communi Primarius & Bursarii de rebus
ad Collegium pertinentibus deliberaturi. Deliberationes au-
tem in codicem ad id comparatum referantur, atque à Pri-
mario, Procuratore & Registratore subscribantur.

Sextò, ut Procurator nullum ineat contractum, nec debi-
tum solvat, nihil gravioris momenti suscipiat sine prævia de-
liberatione in librum relata & subscripta.

Septimò, Apochæ quas vel dabit vel accipiet Procurator,
subscribantur à Primario, idque in contractibus ineundis tam
cum domorum Inquilinis quàm cum aliis exprimat, secus
privato nomine Primarius teneatur.

Octavò, nullæ mulieres in Collegio habitent, aut in illud
admittantur. Porta Collegii major sola pateat, ceteræ om-
nes per quas est in Collegium aditus ante Remigialia obstruan-
tur, quod ni factum erit, Primarius annuo stipendio mulcta-
bitur.

Nonò, Mensa communis instituatur vel restituatur; quod

ut fiat facilius, placuit dari negotium Magistro Edmundo Pourchot Syndico, ut scribat Episcopis Cenomanensi & Andegavensi, aliisque Provisoribus, cumque iis agat, ne vacantibus nunc Bursis, intra certum tempus provideant, quo fructus illarum suppellectili culinariae emendae impendantur. Interim curet idem Syndicus cum Primario, ut illa mensae communis seu institutio seu restitutio ad ipsa proxima Remigialia fiat. Si ad comparandam necessariam suppellectilem mutuanda pecunia sit, mutuo sumatur nomine Collegii, & deinde ex praedictarum Bursarum vacantium redditibus, dissolvatur.

Decimò, ut in cæteris hîc non expressis Statuta tam generalia Universitatis quàm privata Collegii observentur; Statuta verò Collegii & praesens hæc Sententia, impensis Collegii imprimantur. Atque ut Judicium istud Academicum vim Legis obtineat, placuit offerri Supremo Senatui Libellum Supplicem per Syndicum Universitatis, ut illud autoritate sua confirmare velit, & sic fuit ab amplissimo Rectore conclusum. Ainsi signé, V I E L, avec paraphe.

Ladite Conclusion attachée à ladite Requête, signée, J. Robert Procureur; Conclusions du Procureur General du Roi, Oüy le Rapport de M^e Hierolme le Feron Conseiller; Tout considéré, LA COUR a homologué & homologue ladite Conclusion du Recteur de l'Université de cette Ville, assisté de son Conseil, du deux Septembre dernier, pour servir de Reglement au College de Bayeux, pour estre executée selon sa forme & teneur. Fait en Parlement, le quinziesme jour de Decembre mil sept cent treize. Collationné.

Signé, D U N O Y E R.

